



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

4. In Cathedrali, vel Collegiata, etiam Regulari, mancipatus non habeat
vocem in Capitulo, nisi sit subdiaconus; oneribus subeundis per se infra
annum sint quique idonei. In posterum prouisio fiat ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

nes quotidianas, propter illicitam absentiam fabricae Ecclesiae quatenus indigeat, vel alteri pio loco ad arbitrium Ordinarij Episcopi, quia tercia illa pars fructuum decurrit, & in distributiones quotidianas convertitur, non in aliquid solatium praesentium, sed in odium & penam absentium, & personaliter non adimplumentum debitum officium: & ideo non subest ratio cur ex poena, vel odio aliorum praesentes debent aliquid lucrari, ne videantur excipa, vel delicto locupletari: ut ea de re extare peculare in declarationem sacra Congr. referre idem Steph. VVeyms in hac verba. Distributiones quotidiana, quæ extertia parte fructum iuxta decretum Concilij procedunt, debent assignari horis singulis, & pro qualibet hora fieri portio; & qui non interfuerint, distributiones amittant, nec absentibus adempta, inter praesentes possunt diuidi, sed fabricæ Ecclesie, aut alteri loco pio arbitrio Ordinarij debent applicari.

¶ Cura animarum immineat.] Secus si tantum jurisditionalis; si vero est virna, fit locus e. extirpanda. § qui vero, de prebend. & tune cum visitauerit suam iurisdictionem, lacerabitur prebenda, & fructus, non autem distributiones quotidianas, ita refert decism Garc. d. p. 3, cap. 2, num. 335.

¶ Habeatur.] Non comprehenduntur Canonici habentes Ecclesias parochiales, non tamen Canonicatus annexas, seu unitas, qui si in Parochialibus refederint, & fuerint privilegiati ad perceptionem fructum, exceptus distributionibus quotidianis, iuxta Bullam Pij V. vel ex induito Apost. non poterint optare neque dominos canonicales, neque Canonicum presbyteralem, & similia, & non habentur pro presentibus, sed tantum sunt privilegiati ad percipiendos fructus, & id quando felicet extat confutudo, vel statum, quo absentes non possunt optare, secus quo absentes possunt optare, ita refert decism Garc. d. p. 3, cap. 2, num. 337.

In Cathedrali, vel Collegiata, etiam Regalari, mancipatus non habeat vocem in Capitulo, nisi sit Subdiaconus; oneribus subeundis per se infra annum sint qui que idonei. In posterum prouisio fiat solis habentibus integre etatem, &c.

C A P V T I V.

- 1 Doctores referuntur de materia huius cap. quoad primam partem agentes.
- 2 Canonicus non Subdiaconus nec vocem consultiam in electionibus, & in Synodo habet.
- 3 Procedit in Canonicis habentibus vocem ratione canonicæ.
- 4 Canonicus in sacris non constitutus vocem in Capitulo aliquo pacto acquirere, seu prescribere non potest.
- 5 Canonicus in Collegiata nisi sit in Sacris vocem in Capitulo non habet.
- 6 Canonicus à Sede Apost. super etate dispensatus non prius cogendus ad sacros Ordines promoueri, quam ad 22. annos peruenierit.
- 7 Canonicus supranumerarius an habeat vocem in Capitulo.
- 8 Praesidens Capitulo etiam si non sit in Sacris, in eo proponere, ac resolutiones accipere potest.
- 9 Prælati Ecclesiæ collegiate etiâ si sacris Ordinibus caret, præsidentia, ac vox in Capitulo competit.
- 10 Decanis, seu Archidiaconis primis dignitatibus non licet dare vocem in Capitulo, licet in eo proponere valeant.
- 11 Dispensatus a Papa in etate ad obtinendum Canonatum in Cathedrali vocem in Capitulo habet.
- 12 Præbendas duas in eadem Ecclesia obtinens duas voces in Capitulo habere debet.
- 13 Canonicus ex Ordine Subdiaconatus suscepit anno
- 14 Vox simpliciter & absolute de actua intelligitur.
- 15 Beneficiari Ordines suscipere requisitos infra annum tenentur.
- 16 Comprehendit beneficia, quæ Ordinem requirunt extra Ecclesiam Cathedram, vel Collegiatam existentia.
- 17 Capellania que requirit certum Ordinem, comprehenditur sub hoc decreto.
- 18 Capellania non potest conferri illi, qui non est illius etatis, ut infra annum ad Ordinem requisitum promoueri possit.
- 19 Capellania Sacerdotalis.
- 20 Impedimentum quod requiratur ut Canonicus Ordinem requisitum infra annum suscipere non tenetur.
- 21 Annus quo Canonicus Ordinem requisitum suscipere tenetur, computandus a die habitæ possessionis.
- 22 Tota priuationis dimidiat pars distributionum, quam incurvant Canonici requisitos Ordines non suscipientes, quæ.
- 23 Canonicus non promotus infra annum potest alijs paenit, quam priuationis puniri.
- 24 Parochus an, & quando, & sub quibus paenit teneatur suscipere sacerdotium.
- 25 Prouisio de beneficiis non est facienda nisi ijs, qui iam etatem & ceteras habilitates integre habere dignoscantur;

Q Vicumque in Cathedrali, vel Collegiata, seculari, vel regulari Ecclesia diuinis mancipatus officijs, & in Subdiaconatus ordine saltem constitutus non sit, & vocem in huiusmodi Ecclesiis in Capitulo non habeat, etiam si hoc sibi ab alijs liberè fuerit concessum. *y* Ii vero, qui dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, ac qualibet alia beneficia in dictis Ecclesijs obtinent, aut impostorum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet, ut alijs Missas, alijs Euangeliū, alijs Epistolas dicant, seu cantent quo cumque priuilegio, exemptione, prærogativa generis nobilitate sunt insigniti, teneantur, & in isto impedimento cessante, & infra annum Ordines suscipere requisitos, & alioquin paenit incurvant, iuxta constitutionem Concilij Viennensis^a quæ incipit, ut ijs, qui, quam præsenti decreto innouat cogantque Episcopos, diebus statutis dictos Ordines per seipso^b exercere, ac cetera omnia officia, quæ debent in cultu diuino præstare, sub eisdem, & alijs etiam granioribus paenit, arbitrio eorum imponendis. *n* Nec alijs in posterum fiat prouisio, nisi ijs qui iam etatem, & ceteras habilitates integrè habere dignoscantur: aliter irrita sit prouisio.

*a. ex viij. de
xstat. & cua-
lit. in Clem.
lib. 1. ca. 2.
ib. 6.
b. Sess. 14.
cap. 12.*

Vide

1. Ide Rebuffi, in tract. nominat. p. 8, num. 5. Nauarr. consil. 7. de clericis, non resident. in novis, Petr. Greg. signa. iuris p. 2. lib. 15. cap. 23. num. 13. Cardoso in praxi Iudicium verb. Canonicus. num. 5. Valenzuel. tom. 1. consil. 34. num. 99. Villar del patronado de Catalinaud. p. 7. §. 1. num. 15. Fr. Emman. quæst. regul. tom. 1. quæst. 8. art. 6. & tom. 2. quæst. 51. num. 5. Aloys. Ricc. in praxi vorum fori ecclesiast. decis. 564. in 1. edit. alii resolut. 486. in 2. edit. Vgolin. de officio. & potestate Episcopi cap. 19. §. 3. num. 1. AZOR. inst. moral. p. 2. lib. 3. cap. 11. quæst. 20. latè Monet. de distribut. quotid. p. 2. quæst. 20. num. 2. cum seqq. vbi multipliciter ampliat. Piaffo. in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 7. Nicol. Garc. de benefic. part. 3. cap. 4. & num. 24. Homobon. de Bonis de examine eccl. p. 1. tract. 1. cap. 10. quæst. 62. in fine. Rot. decis. 600. num. 4. in 1. collect. nouiss. Farin. alias part. 4. diuers. metupsim in tract. de Canoniciis. cap. 37. Ludovic. Miranda in man. Prælator. tom. 2. quæst. 23. art. 5. conclus. 5. Paul. Layman in canon. quæst. de Prelatis. eccl. elect. quæst. 28. refens. 2. & quæst. 181. refens. 3. Raguc. de voce canon. in Capitulo. quæst. 24. Sebaste. Cef. in relect. de eccl. hierarchia. disputas. 2. §. 1. num. 22. Iul. Lauor. variarum lucubrat. tom. 1. titul. 4. cap. 15. ex num. 33. Tamburin. de iure Abbatum. tom. 1. disput. 5. quæst. 8. num. 8. Aldan. in compend. canon. resolut. lib. 1. titul. 8. ex num. 1. Sel. in selectis canoniciis. cap. 2. per tot. nouissimè Stephan. VVeyns ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas. & per Concilium Trid. innovatus consil. 4. pag. 35. cum seqq. vbi innovatur Clem. viij. de aetate & qualitate per decreum in praesenti. Rota decis. 600. num. 2. p. 4. diuers. for.
2. Procedere non modo in omnibus actibus expediendis, qui capitulariter expedientur, sed etiam in electionibus, & minus in Synodo huiusmodi Canonicum vocem consilium, neque assilentiam, aut fedem in Capitulo habere posse, refert decisum Nicol. Garc. d. p. 3. c. 4. n. 25.
3. Procedere quoque in Canoniciis habentibus vocem ratione canonica, tenet Monet. d. part. 2. quæst. 20. à numer. 1. quem referto de Canon. cap. 37. num. 7. non autem in habentibus alto iure, puta priuilegio, statuto, fundatione, vel consuetudine, quia licet Subdiaconi non sint, vocem in Capitulo habere, refoluunt Fr. Emmanuel. d. tom. 2. q. 51. art. 1. Nicol. Garc. in addit. ad d. p. 3. cap. 4. num. 31. Portel. in dub. regular. verb. electio num. 6. Sigism. à Bononia de elect. dub. 91. num. 2.
4. Vocem in Capitulo aliquo pacto acquirere, seu praescribere non posse Canonicum donec in Sacris fuerit constitutus, tenet Sel. in selectis canon. cap. 2. num. 3. vbi testatur sic fuisse decisum sub die 20. Aprilis 1602.
5. Canonicum in Collegiata licet possit esse in aetate quatuordecim annorum nihilominus nisi sit in 22. anno, non posse habere vocem in Capitulo, dicit Sel. d. cap. 2. num. 4. attestans ita fuisse refolutum sub die Augusti 1621. Stephan. Gratian. dist. 4. for. tom. 4. cap. 482. num. 20. cum seqg.
6. Canonicum à Sede Apost. super aetate dispensatum non prius cogendum esse ad sacros Ordines promoueri, quam ad 22. annos peruenire, refert decisum Garc. d. p. 3. cap. 4. num. 17.
7. Canonicos supranumerarios, qui priuilegio Apost. in aliqua Cathedrali recipiuntur, cum eo quod solum participant de distributionibus quotidianis, & nullam obtineant præbendas, sed ad primam vacaturam iuxta eorum prioritatem admittantur, non teneri habere maiorem aetatem quam 14. annorum, dummodo non optent nisi cum aetate requisita, refolunt Sel. d. cap. 2. numero 5. vbi ait sic fuisse decisum in Venafro. 13. Martij 1603.
8. Archidiaconus, ad quem de consuetudine Ecclesie spectat absente Decano conuocare Capitulum, & in eo proponere, ac resolutiones accipere, id potest etiam si non sit in Sacris, cum ille sit actus iurisdictionis, qui competit Archidiacono etiam in Sacris non constituto, & ad Decanum non spectat ratione Ordinis, sed antiquitatis, & superioritatis, ita refert decisum Garc. d. p. 3. cap. 4. num. 26.
9. Prælato Ecclesie collegiate, etiam si sacris Ordinibus caret, presidentiam, ac vocem in Capitulo competere, refolunt Villar del patronado de Catalinaud. p. 7. §. 1. num. 15.

Raguc. de voce canon. in Capitulo quæst. 5. num. 3. & quæst. 24. num. 3. Nicol. Garc. in addit. ad d. cap. 4. sub num. 26. vbi subdit in illis non procedere hoc decretum, referto Ego ipse d. tract. de Canon. cap. 37. num. 11.

Decanis, Archidiaconis, seu Prioribus (licet possint conuocare Capitulum, & in eo proponere, ac resolutiones accipere, etiam si in sacris constituti non sint, ut refert decisum Garc. d. cap. 4. num. 26.) non licere dare vocem in Capitulo stante dispositione Concilij in praesenti, attestatur refolutum Garc. in addit. ad d. cap. 4. sub num. 26. pro vt referto d. tract. de Canon. cap. 37. num. 12.

Dispensatum a Papa in aetate pro obtinendo Canoniciatu in Cathedrali vocem in Capitulo habere existimat Sel. d. cap. 2. num. 9. attestans ita fuisse decisum in Reatina 10. Iulij 1629. & in Montispolitani 13. Ianuarij 1629. & in S. Miniati 15. Septembri eiusdem anni, & harum decisionum memini d. tract. de Canon. cap. 37. num. 13. vbi tamen subdidit ex Rot. Senen. Archipresbyteratus 23. Junij 1606. coram bono mem. Card. Lancellotto in contrarium esse tenendum vbi dispensatio non esset sufficiens.

Obtinimus ex legitimo titulo in eadem Ecclesia duas præbendas, vel præbendam, & Dignitatem, duas voces in Capitulo habere debere refoluunt Couarr. lib. 3. variar. cap. 13. num. 6. Hoted. ex incompat. benefic. p. 1. cap. 12. à numer. 15. & saltet stante consuetudine admittit Monet. de distribut. quotid. p. 2. quæst. 4. n. 14. Rot. in Orlon. Canoniciatus 11. Martij 1619. coram bona memoria Remboldo.

a. In Subdiaconatus Ordine, &c.] Non sufficere quod quis Ordinem requiritus suscipiat ante legitimam aetatem, ne videatur ex delicto suo assequi quod sine illo non suscipiet assequitur, refoluunt Fr. Emmanuel quæst. Regular. tom. 3. quæst. 23. art. 12. Hieron. Roder. in compendio quæst. regular. refolut. 15. num. 24.

b. Vocem in huicmodi Ecclesiis, &c.] Actiuam scilicet, qua simpliciter, & absolute vox dicitur, non autem passiuam, vt per Garc. in addit. ad d. p. 3. cap. 4. sub num. 15. quem referto d. tract. de Canon. cap. 16. num. 18.

7. Si vero qui Dignitates, &c.] Vide AZOR. inst. moral. p. 2. lib. 6. cap. 8. quæst. 11. Fr. Emmanuel quæst. regular. tom. 2. quæst. 51. art. 5. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Canon. §. 2. Monet. de distribut. quotid. p. 2. quæst. 19. num. 9. Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 10. cum multis seqg. metupsim d. tract. de Canon. cap. 16. per totum.

Et comprehendere hoc decretum etiam beneficia, que Ordinem requirunt extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam existentia, refoluunt Aloys. Ricc. d. refol. 486. num. 12. Nicol. Garc. d. cap. 4. à numer. 13. & in addit. num. 15. refert decisum comprehendendi sub hoc decreto Capellaniam requirentem certum Ordinem.

Capellaniam si requirit certum Ordinem comprehendendi sub hoc decreto, vt obtinentes beneficia teneantur intra annum suscipere Ordines requisitos, refert decisum Nicol. Garc. in addition. ad d. cap. 4. num. 12. & tecum Alex. Trentacing. consil. 41. per tot.

Capellania de iurepatronus laicorum, cui est iniunctum onus dicendi Missas personaliter, vel Euangelium, vel Epistolas cantandi, non potest conferri ei, qui non est illius aetatis, vt infra annum ad Ordines promoueri possit, idem si in fundatione dictum fuerit quod obtinens esset Sacerdos, Diaconus, vel Subdiaconus, ita refert decisum Garc. in addit. ad p. 7. cap. 1. num. 99.

Capellania est Sacerdotalis, ita vt possit conferri ei, qui intra annum valeat promoueri ad sacerdotium, si in eius fundatione dictum sit quod ad eam debet presentari unus Capellanus sive genere testatoris aliquis Presbyter iuveniatur, alias quicunque aliis sic Sacerdos, qui Capellanus teneatur facere singulis annis anniversarum pro anima testatoris, & teneatur Missas, & alia diuina officia celebrare in eadem Capella iuxta facultatem, & possibiliter fructuum, & reddituum. Ad decis. Mantica 1. 29. vbi fit differentia inter Presbyterum & Sacerdotem, fuit dictum non applicari ad easum, cum illa loquatur de obseruantia subsecuta, in qua principaliter se fundat decisio, ita Sel. d. c. 2. n. 20. attestans sic fuisse decisum in Salernitana 11. Ian. 1620.

§. Insto

20. *¶ In isto impedimento cessante.]* Exemplificat Monet. de distribut. quotidian. p. 2. quest. 19. num. 8. cum gloss. verb. iusto impedimento, in cap. commissa. de elez. lib. 6. in infirmitate totius illius anni, vel si absens erat Episcopus, & commendatoria littera haberi non potuerunt, vel cum Episcopus ordinare noluit, aut denique addi posse sentit si absens fuit causa studiorum de licentia Episcopi. Sicutem quod effectum vitandi alias poenas prater amissionem dimidia distributionum. Ego ipse d. tract. de Canon. cap. 16. num. 11. Et refert Aloys. Ricc. d. refol. 486. num. 6. pernam canoniam praescriptam his, qui ultra annum sacerdotum non perceperint, non habere locum in Reclere, qui intra annum a die adeptae possessionis, vel intra tempus legitimè ei prorogatum comparuit, & se promoueri petiit, offerendo quantum in se erat, se paratu suscipere sacerdotium, & Ordines, & tamen Ordinarius propter illiteraturam, vel aliam causam eum promouere noluit, & num. 8. asserit decimum, parochum si eo morbi genere teneatur, et ad functionem sacerdotij, & res diuinæ per se obeundas minime idoneus esse videatur, non teneri, durante dicto morbi genere se iniati facere.
21. ** Infra annum, &c.]* Computandum scilicet a die habite possessionis, dummodo per prouisum non sterter quoniam anteja possessionem perceperint, ita Ego ipse d. tract. de Canonie. cap. 16. num. 7. vbi referto decimum in Veronen. 13. Septembri 1631.
22. *¶ Alioquin paenæ incurvant, &c.]* Pernam priuationis dimidia partis distributionum, quam incurvunt Canonici, & alii intra annum requisitos Ordines non suscipientes, intelligendam de ijs. diuinitaxat distributionibus, que proprie & strictè distributiones quotidianæ dicuntur, ne-
- pe quo datur ijs, qui horis, seu officijs ordinariis intersunt, de quibus loquitur Clem. ut ij, de etate & qualitate, non ante de extraordinariis, distributionibus, que datur pro summis, seu anniversariis defunctorum, & alijs huiusmodi, que largè & generaliter distributiones dicuntur, resolutus Monet. de distribut. quotid. p. 1. quest. 3. num. 12. nisi distributiones funeralium, seu anniversariorum sint vntæ cum horis, Garc. in addit. ad d. p. 3. cap. 4. sub numer. 15. quem referto d. tract. de Canon. cap. 16. num. 13. vbi num. 14. resoluo pernam praefatam priuationis dimidia partis distributionum intrare, quamvis reliqua dimidia, que superest, non sufficiat ad sustentationem, & numer. 15. etiam quanmis iste non promotus interstiti diuinis, & officium recitat.
- Non promotum infra annum ad requisitos Ordines possit alij pernas quam priuationis puniri, colligitur ex d. Clem. viij. & decimus fuisse testatur Garc. d. p. 3. cap. 4. num. 16. quem referto d. cap. 16. num. 20. vbi subdò priuationem non incurti ipso iure, & non licere Episcopo ad huiusmodi priuationem procedere absque solemnitate à Concilio requisita.
- Non promotum infra annum ad requisitos Ordines possit alij pernas quam priuationis puniri, colligitur ex d. Clem. viij. & decimus fuisse testatur Garc. d. p. 3. cap. 4. num. 16. quem referto d. cap. 16. num. 20. vbi subdò priuationem non incurti ipso iure, & non licere Episcopo ad huiusmodi priuationem procedere absque solemnitate à Concilio requisita.
- ¶ Nec alij in posterum fiat prouisio, &c.] Vide Narrat. consil. 45. in antiqu. alias consil. 10. in nouis, sub tit. de temporibus ordin. & consil. 2. alias 8. de probend. Paul. Comitol. respons. moral. libro 6. questione 64. numero 2. Lessi. de iustis. libro 2. cap. 34. dub. 24. in fine. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. part. 1. tract. 1. cap. 9. quest. 51.

Dispensationes commitenda extra Curiam Rom. ab Ordinariis videantur, nec gratiosæ effectum habeant, nisi Episcopus cognoverit summarie.

C A P V T V.

1. *Dottores de materia cap. agentes.*

2. *Dispensationes, seu commutations ultimaru voluntatis committi possunt Abbatibus, & alijs Prelatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem.*

3. *Dispensationes matrimoniales quando inferioribus possint committi.*

4. *Dispensationes matrimoniales Priori sunt committentes si Prioratus sit nullius diocesis.*

5. *Dispensationes matrimoniales, & litteræ in forma Dignum sunt committentes illi, cui mandata est iurisdiction, visitatio, &c.*

6. *Taciturnitas veri, & expressio falsi an & quando viriet gratiam.*

7. *Ordinarius, qui debet cognoscere extrajudicialiter an dispensatio careat vitio subreptionis, tenetur citare partem.*

Dispensationes, quacumque auctoritate concedenda, si extra Romanam curiam committenda erunt, a committantur ordinariis, illorum, qui eas impetrant, ea vero que gratiæ concedentur, sum non sortiantur effectum, nisi prius ab eisdem, tanquam delegatis Apostolicis, summarie tantum, & extrajudicialiter cognoscatur, & expressas preces surreptionis, vel obreptionis vitio non subiacere.

1. *V*ide Seraphin. decif. 1072. Fernandez in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 16. §. 3. num. 11. Franc. Leon. in besauro fori Eccles. part. 2. cap. 2. num. 49. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 7. num. 30. cum seqq. Aloys. Ricc. in decif. Curie Archiep. Neapol. part. 4. decif. 35.

2. *¶ Committantur Ordinariis, &c.]* Etiam Abbatibus, & alijs Prelatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, ac proprium districtum, committendas esse dispensationes, seu commutations ultimatum voluntatum, quas eorum subditæ à Sede Apostoli impetrant, resolunt Garc. de benef. part. 9. cap. 2. num. 147. Flores de Medina var. libro 3. quest. 24. num. 22. Monet. dicit. cap. 7. num. 34. vbi num. 44. refertur ityolum Curie nunc habere vt huiusmodi communiones nunquam hinc Prelatis, aut eorum vicariis, sed Ordinariis locorum, aut ijs deficientibus fiat Episcopis, seu Ordinariis viciniis. Intellige tunc derum huiusmodi dispensationes posse committi inferioribus Ordinariis quando sunt nullius diocesis, & habent

quasi Episcopalem iurisdictionem, Coccin. decif. 346. quam ad litteram refert Modern. de suppliciis ad sanctiss. part. 2. cap. 4. num. 35.

Dispensationes matrimoniales, & alia quecumque quæ subditæ inferiorum Episcopis a Sede Apostoli concidunt, si eas extra Romanam curiam committi contigerit, & illi inferiori nullius diocesis existant, & iurisdictionem quasi Episcopalem habeant, eisdem inferioribus, non autem viciniis Episcopis sunt committentes, ita refert decifum Nicol. Garc. d. p. 9. c. 2. nn. 142.

Dispensationes matrimoniales, & alia huiusmodi Priori sunt committenda, si Prioratus sit nullius diocesis, & quasi Episcopalem iurisdictionem habeat, ita refert decifum Nicol. Garc. d. part. 9. cap. 2. num. 144.

Dispensationes matrimoniales, & litteræ in forma Dignum sunt committentes illi, cui mandata est iurisdiction, visitatio, correctio, & superioritas, cuam quoad institutionem, presentationem, & nominationem,